



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 153. Et dicentem, se Christum Regem esse. v. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

BEne video, iste in se suscepit omnium hominum peccata, qui hoc sepe fecerunt de quo ipse falsò inculatur. Ah. quoties ego non dedi honorem, quibus debui, vel aliud obsequium neglexi! quoties etiam innocens videri volui; & me excusare quæsi vi aliam in nullius momenti rebus & non sine mendaciunculis! sed nunc, ô Domine, protestor, tuo nunc motus exemplo, me velle unicuique dare quod suum est; tacere ad injurias privatas, & tibi soli commendatû quicquid mihi ut privato accidere poterit. Tu ergo Domine, mi Iesu unicum refugium animæ meæ, qui coram Pilato de multis falsis accusari voluisti testimoniis: custodi me à fallacis iniquorum, & da mihi Christianam fidem non fallaciter, sed cum bonis veraciter profiteri, & semper in omni patientia possidere animam meam.

§. 153. *Et dicentem, se Christum Regem esse. v. 2.*

Et hæc erat tertia accusatio, quæ ex aliis deducebatur: dicebant enim *invenimus eum*: Ab aliis, nos non audivimus, sed ipsi oculati testes sumus & propriis auribus percepimus, eum se venditasse Christum. Iste Christus autem, quem Judæi imaginabantur falsò, erat futurus, uti alii Reges terreni, pervadentes urbes & provincias vastantes, & pecunias colligentes; & hinc est factû quod in calumniæ loco posuerunt Regium nomen; quod tamen à Christo non expetebatur, imò reiiciebatur in illo sensu Iudæorum ut potè tyrannicam, non rationabili, nec humana: erat igitur Rex quidem, & hoc non negabat, sed *Rex spiritualis, Rex virtutum, Rex gloriæ, & gratiæ*; hoc non erat contrarium Romano Imperio; sed utile & honorificum. Tales multos; imò omnes oportebat esses Reges & Imperium Romanum totum.

O Invidia? quomodo tu nosti palliare, accusationis tuæ (ut noceras) nomina! quomodo potes ea ad gustum torquere! tu Deus, per invidiam accusare, mentibus nostris, quæ sumus, bonitatis divinæ lumen infunde, ut omni procul illusione & nequitia sentota, sincero cunctos affectu prosequamur, & opprobria exprobandium perferentes inter filios tuos computari mereamur.

§. 154. *Pilatus autem interrogavit eum, dicens. v. 3.*

Audiens Pilatus, Regni Iudæorum præses, ab Imperatore Tiberio constitutus, ad tranquillitatem & pacem conservandam in provincia, Christum se Regem appellasse & quidem, uti Regni Iudaici, ab his qui essent de genere Iudæorum appetitorem accusari turbatus est timens, ne quid Imperatori suo præjudiciosum in rebellis gentis lateret, & regno occupato à Iudæis ipse expelleretur, & antedicti Imperatoris iram incurseret.